









H  
2

IO. HENRICI ACKERI  
COMMENTATIO  
DE  
MONARCHO  
MACHIS  
ET  
ANTIMONARCHO  
MACHIS.

7. III



---

RUDOLSTADII  
IN OFFICINA GOLLNERIANA.  
MDCCXVI.

Fc 2637



10  
DE  
МОНАРХИ  
МАСТИ  
АНИМОНАРХИ  
МАСТИ

FC 2637



PERILLVSTRI DOMINO  
DOMINO  
**FRIDERICO GOTTHILFF**  
**MARSCHALL**

DICTO GREIFF

E QVITVM FRANCONIAE  
IMPERIO ROMANO GERMANICO  
PROXIMO CONIVNCTORVM VINCULO  
VERO CERTO QVE SANGVINI

DYNASTAE

IN EINOED, ERLNBACH, BAVLBRA  
ET ILMSDORFF, RELIQA

AVLAM VINARIENSEM  
POLITIORIS VIRTUTIS THEATRVM  
CONSILIARII INTIMI

SVPREMIQVE MARESCHALLI

EMINENTI DIGNITATE  
PARIQVE AVCTORITATE  
TAM GVERNANTI FELICITER  
VT MAGNUM SCHWARTZENFELSIVM  
CEV PHOENICEM  
IN MAGNO GENERO  
GENEROSI HONESTI AMANTISSIMO  
PVLCRIORE DECORE  
POST FATA SVRGENTEM

VENE.

VENERENTVR ET COLANT  
BONI OMNES  
MVSÆ AVTEM  
OB ERVDITIONIS SVBLIMITATEM  
GESTIENTEMQVE IVVANDI VOLVNTATEM  
RARISSIMAS IN TANTO CVLMINE DOTES  
ATTONITAE ADMIRENTVR  
PATRONO SVO GRATIOSISSIMO  
LEVE HOC MVNVS  
BIBLIOTHECAE ET STILI  
DEVOTE OFFERT  
DVRATVRAM FELICITATEM  
GLORIAMQVE  
VNO TENORE  
AD SUPREMVM VITÆ HALITVM  
QVI TAMEN SERVS SIT  
PRODVENDAM  
PRECATVS  
DEMISSA PARENDI LEGE CLIENS  
IO. HENR. ACKER.

I. N. I.

**COMMENTATIO**  
DE  
**MONARCHOMACHIS ET ANTIMO-**  
**NARCHOMACHIS.**

---



I.

RES (\*) sunt politicorum sectae , quae male audiunt, et a nonnullis pene inflamantur. Prima Machiauelleriarum, secunda Hobbesianorum , tertia Monarchomachorum. Priorum differentiam egregie exponunt Sorberiana p. 109. his verbis : Il y a difference entre la politique de Machiauel et celle de Monsieur Hobbes , comme entre du sucre pilé dans vn mortier de marbre , que l'on a frotté d'ail , et celui , que l'on a pilé dans vne autre , ou l'on a pilé de l'ambre. Les raisonnemens du premier sortent d'un esprit sauvage et inhumain ; ceux de l'autre d'une ame tendre, bonne et bienfaisante. Ce dernier sent touiuors dans sa plus grande rigueur son honnet homme , qui fait du mal a regret , son habile chirurgien , qui coupe a regret dans la chair viue pour en desecher la mauuaise , l'autre sent son bandit , qui egorge les passans , et son vindicatif , qui tourne l'epée dans

A

dans la plaie, qu'il a faite. De prioribus alii agant, nobis de vltima commentari placet, et paullo quidem vberius, quam a quoquam factum meminimus.

\* Ge. Paschius prof. olim Kiloniensis celeberrimus libro de variis modis moralia tradendi cap. III. §. 35. diuersus est a nobis: *duae sunt, inquit, in politicis pessimae sciae, quae sedulo fugiendae, altera Machiavellistarum, altera Monarchomachorum.* Sed immemor fuit turbarum, quas mouit Hobbesius, quo instar vrsi magnus Britanniae rex ad molosorum dentes tentandos et acuendos se vti dixit. Consul. Wernheri iudicia de praecipuis nonnullis scriptoribus iuris nat. §. 8.

## II.

Vt vero intelligatur, quinam sint isti, de quibus disputabimus, criteria praemittam familiariter in animum recipienda, commentationem nostram lecturo.

## III.

Monarchomachi igitur, quos Boeclerus commentario in Grotium p. 234. philosophos demagogicos, Meierus (\*) philosophos populares, Reimañus introd. in rem litt. im dritt- und letzten Theils dritten Haupt-Stück p. 132. Regenten-Stürmer vocat, sunt, qui docent, principes dependere a populo, ineptissimo vni argumento, quod imperantes a populo constituantur, constituentes autem constitutis sint superiores, quam contradictionem acute soluit magnus pacis et belli temperator Hugo Grotius lib. I. aurei operis cap. III. §. 8. num. 13. his verbis: *quod adseuerant, eum, a quo aliquis constituitur, esse superiorem constituto, verum*

dun-

duntaxat est in ea constitutione, cuius effectus perpetuo pendet a voluntate constituentis, non etiam in ea, quae ab initio est voluntatis, postea vero effectum habet necessitatis, quomodo mulier virum sibi constituit, cui parere semper necesse habet. Addatur Pufendorffius de I. N. et G. lib. VII. c. VI. §. 6.

\* Conf. Bailii lexicon sub voce Althusius.

## IV.

Secundo monarchomachi sunt, qui duplicem statuunt maiestatem, realem et personalem, quarum illa sit penes populum, haec penes imperatorem, quae de re Ge. Schubartus, praceptor olim optimus, in dissert. hist. politica de nominatione ad honores publicos §. 14. ita scribit: *Monstrosa est respublica, in qua duae sunt potestates summae, non aliter quam animal monstrorum est, quod corpus habet in corpore.* Henricus Ludouicus Wernherus in dissertatione politico-morali de statu summorum imperantium exlege §. 9. erroris, inquit, *quin potius impietatis iure meritoque insimulantur omnes, quotquot biceps illud maiestatis realis ac personalis monstrum in sinu fowent, partaque infelici protrudunt.* Paucis interiectis pessimam nominat sententiam, *et in perniciem regum, ruinamque ciuitatum natam.* Adde Io. Henr. Boecleri memoriale politicum. c. VIII.

## V.

Tertio monarchomachi sunt, et quidem (\*) impudentissimi, qui nullam plane maiestatem ferre possunt, quique inuiolabilitatem imperantium tam consiliis quam factis destruunt.

A 2

\* Non

\* Non spernenda est distinctio celeb. Reimanni introduct. in hist. litt. in des dritten und letzten Theils zten Hauptstück p. 132. 133. Ich finde unter denen Regenten-Stürmern 2. unterschiedene Secten/ welche man bishero nicht vorsichtig und deutlich genugsam aus einander gesetzt hat. Denn da sind (a) einige / welche gar keine weltliche Obrigkeit unter denen Christen leiden wollen; (b) einige / welche die ungemeine Macht der Obern nicht vertragen können.

## VI.

An in monarchomachorum ordinem referendi, qui principibus reuerentiam denegant, vel etiam siue aperte, siue sub fictis (\*) nominibus perstringunt, quaeri potest, et fortassis quae situm est. Mihi non videtur. Quamuis enim tales peccent, tamen nec summum imperium, vel inuiolabilitatem imperantium hoc ipso euertunt. Ideoque Modestinus L. VII. §. 3. ad leg. Iuliam maiestatis in illos aequior est, quod laudat cum Henrico Brenckmanno, ICto Leidenfi, auctore diatribes de Eurematicis, seu commentarii in Herennii Modestini librum singularem περὶ ἐνεργητικῶν Io. Clericus dans la bibliotheque choisie tome XXIV. seconde partie p. 336. Adde Io. Francisci Buddei, polyhist. celeberrimi commentatorem Academicam de concordia religionis Christianae statusque ciuilis p. 235. et Acta eruditor. Latina MDCCVI. pag. 413.

\* Pertinet huc Isaaci Casauboni corona regia, in qua sub fabula, ac si fragmentum id esset panegyrici, quem Casaubonus regi parasset, repertum post mortem eius in schedis, truculentissimo et impudentissimo more, quid-

quid

quid umquam colligi potuit, veneni virulentissimi, in Jacobum Casaubonum, immo et Henricum, Eduardum, Elisabetham &c. euomitur. Auctor eius Caspar Scio-  
pius esse fertur, apostata et canis notissimus. Ill. Thoma-  
si histor. sapientiae et stultitiae p. 121. Magnif. Buddei  
lexicon sub voce Scioppius.

## VII.

His praemissis ingrediamur propositam nobis fil-  
uam, hoc genus hominum e latebris in lucem pro-  
tracturi. Iacobus Thomasius Lipsiensium polyhist.  
inclitissimus tom. VI. obseruat. Halensium obs. 1. §.  
6. semina quaedam huius sectae sparsisse dicit Mar-  
silium Demenandrinum (rectius Menandrinum  
Patauinum ortu, sed professorem iuris Aurelianensem,  
et consiliarium Ludouici Bauari) in defensore  
pacis, Marium Salamonium libris de principatu, de-  
nique tempore obsidionis Magdeburgensis, bellique  
Smalcaldici, quod praecesfit, quosdam seueriores  
theologos, sed in apertam sectam rem erupisse post  
nuptias Parisienses. At credo ante haec tempora re-  
periri id genus hominum posse. Auctor derer ver-  
nünftigen Urtheile part. V. p. 444. ait: Die semina  
huius infasti dogmatis sind schon zu der Apostel Zei-  
ten ausgestreuet worden / dahero wird 2. Petr. 2, 10.  
et in Epist. Iudae v. 8. gar scharff inuehiret in κομητη-  
ρο ναταρεοντας &c. Semper extiterunt, qui malue-  
rint regnare, quam obedire, qui reges pro tigillo ha-  
buerint, supra quod insilirent cum ranis Aesopi, qui  
regum caedes pulcerrimas putarint epulas, vt cum  
Cicerone lib. X. epist. 28. ita loquar. Nec georgaria

A 3

pla-

placuit, qui placere possit regimen hominum? Turbulenta ingenia facile reperiunt, de quo querantur, quoque frenum soluant: modica poena crudelitas est, rigor tyrannis. *Vera vox*, inquit Boeclerus in instit. politicis pag. 406. Bodini o quanta sit tyrannorum futura multitudo, si tyrannos subditis occidere liceat! Quam multi innocentes ac optimi principes suorum conspiratione perituri? Nam qui tributis ac vectigalibus plus aequae ciues virget, tyrannum vulgus appellat. Sed, non nego, in Gallia et Anglia rem in apertam se&tam erupisse; quare ab his regionibus auspiciabimur, ad alias deinceps progressuri.

## VIII.

Galliam perlustranti occurrit primo Iesuitarum natio, quae saepe fuit monarchomachica, immo

Nata magistratum conuellere, nata ministris  
Subtrahere obsequium, praesulibusque suum,  
Et viles regnantum animas, ipsosque necando  
Horrenda reges proditione docens

vt Thuanus cecinit. Vid. Hoepfneri Saxonica Euangelica p. 655. Baylius in lexico (\*) voce Loiola: ces font les Iesuites, qui ont poussé le plus ardemment et le plus loin les conséquences de plusieurs doctrines qui étoient nées auant eux, et qui exposent les souverains a de continues revolutions, quæ pluribus nota R. explicat. Buddeus in commentatione de concord. rel. et stat. ciuil. cap. IV. §. 3. p. 124. *adserit*, inquit, *doctorum Iesuitici ordinis est, fas esse principem cetera legitimum, si a quibusdam praesertim doctis tyrannus declaretur, occidere.* Ut alia documenta praeteremamus, adduce-

ducere illud placet, quod Caspar Ziglerus in exercitationibus circa regicidium Anglorum p. m. 67. suppeditat verbis sequentibus: *Anno MCLXXXIX. mense Ianuario, cum mitteretur in consilium collegii Sorbonae quaestio, utrum subditi ab obsequio erga regem praefando absolui possent, fortiter ex officio Faber syndicus, Camisus, Chabotus, Faber Curio ad S. Pauli, Chauagnacus, et seniores qui ne fariam istam propositionem reicerunt; sed maior pars, scholae Jesuitarum alumni, Bocherius, Pichenatus, Varaderius, Semella, Cuillius, Decretus, Auburgus, et alii in numeri vidente suffragiorum numero id obtinuerunt, ut refert M. Antonius Arnaldus, Aduocatus in parlamento Parisiensi in oratione sua, quam habuit pro uniuersitate Parisiensi contra Jesuitas p. 14. Plane formidoloso exemplo (ut ingenue fatetur Piaescius in chronitis ad hunc annum p. 58.) theologiam in uitam in necem principum armarunt, ac si haec doceret, quod qui libet subditus, immo et vulgus imperitum sit index et vindex factorum regis sui, liceatque ei principem arte maleuolorum vocatum in suspicionem haeresis statim tollere, et effet inexpiable legitimo principi, si subditorum in personam suam con spirationem evidentem, eamque armatam deuitando populi furorem, quo executio iustitiae impediretur, sollertiai prouisione coercat.* Adde Mercure historique et politique MDCCXV. mense Nouembri p. 541. et mense Decembri p. 643. ubi jesuitae de la Motte mentio fit.

\* Hunc Bailii locum indicavit C. A. Heumannus, vir eruditio ne doctrinae clarissimus, amicus meus honoratissimus, quocum liberalis doctrinae praemia me cepisse in Academia Ienensi laetor. Suggestit adhuc alia, quae deinceps significabuntur, pro qua opera studium meum omne vicissim offero.

IX.

## IX.

Secundo Stephanus Iunius Brutus Celta, qui scripsit vindicias aduersus tyrannos sive de principis in populum, populique in principem legitima potestate, quae Amstelod. MDCLX. Edinburgi MDLXXIX.  
 8. Francofurti ad Moenum, et Gallice MDLXXXI.  
 8. prodierunt. Auctorem Gallum esse si non negligentem oculum intendis, patet, imprimis ex pag. 200. editionis Amstelodamensis, vnde coniecturam quoque suam desumfit laudatus Heumannus in schediastate docto de libris anonymis et pseudonymis pag. 117. sed quis ille Brutus sit, varie disputatur.

## X.

Io. Philippi, Anglus Miltoni e sorore nepos, in responsione ad apologiam Brammali, Angliae episcopi, p. 29. Theodorum Bezam esse statuit, quem sequitus Aegidius Valckenerius in editione Amstelodamensi, vbi Brutii nomini nomen Bezae subiectum est. Ast aegre ferens respublica Genevensis tam charum sibi nomen huc trahi, conquesta est apud senatum Amstelodamensem, vnde natum scriptum, quod sub titulo prodiit: *Disquisitio de auctore vindicarum contra tyrannos quae sub nomine Brutii aliquoties editae sunt*, MDCLXI. Vide Io. Nicolai Hertii, celeberrimi viri, commentationum tomum primum pag. 441. Auctorem huius disquisitionis Hertius quidem non indicat, ast Thomas Crenius, clarus fane in litteris vir, in dissertatione epistolica de furibus librariis pag. 36. Gisbertum Voetium fuisse dicit: *excanduit, inquit, Gisbertus Voetius* (postquam videlicet legisset Bezam auctorem

rem vindiciarum iactati) et disquisitionem de auctore  
vindiciarum contra tyrannos conscripsit, reperiendam tom.  
IV. selectarum disputat. n. XX. p. 33. Quocum consentit  
excell. Sturmius in bibl. phil. c. VII. p. 177.

## XI.

Hugo Grotius in Ruetiani apologetici discussione  
Irenopoli MDCXLV. p. 91. nec non append. epist. ad  
frat. 641. Philippum Mornaeum Plesiacum vindicarum  
autorem facit; confirmat. d' Aubigné qui  
tom. II. lib. II. cap. p. 91. et tom. II. lib. II. cap. 2. p. 108.  
se ex ipso Mornaeo audiuisse memorat; sed ipse retrahet  
etiam opinionem editione secunda hist. vide oeures me-  
lées de St. Euremont. tom. VI. p. 141.

## XII.

Illustris vir, Christianus Thomasius introductione  
in phil. aulicam cap. I. §. 82. et Hottingerus pentade  
dissertationum p. 122. Innocentium Gentilettum, pri-  
mum Tolosanae curiae aduocatum, deinde Gene-  
uensis reipubl. syndicum nominant: at certum fir-  
mumque est Hubertum Languetum, Hedium (\*)  
(Burgundi nunc nominantur) concinnasse. Oeures  
meleés de saint Euremont tom. VI. p. 141. hanc in rem  
sequentia exhibent: Mr. Daille m'a dit, qu'il auoit  
appris que l'auteur du liure intitulé vindiciae con-  
tra Tyrannos, sous le nom de Stephanus Junius Bru-  
tus est Hubert Languet, fauant homme et grand po-  
litique. Ce qui m'a été depuis confirmé par Mr. le  
Gouft de Dijon, qui aiointe que Mr. de la Mare con-  
seiller de la même ville, auoit remarqué cela faisant

B

l'elo-

P eloge d' Hubert Languet. Adduntur p. 142. haec verba : Mr. Bayle a traité cette matiere a fonds dans vne dissertation qu'il a misé a la fin de son dictionnaire. Langueto (\*\*) etiam tribuit hunc librum Hottomanus in Sturmii actis litt. fasc. VIII. Conf. Baylli lexicon voce Hottmann. not. H. et epistolas Baylli p. 421.

\* Camerarius in vita Melanchthonis §. 99.

\*\* Cl. H.

### XIII.

Ex caussis variis duas potissimum adducam. Prior desumitur ex oratione funebri Theologi Geneuensis Theodori Tronchini super obitum Simonis Goularthii Geneuae habita , editaque apud Petrum Aubertum 4. vbi ita Tronchinus : *Henricus III. Rex Francorum curiosus omnia nosse, quae toto regno dicebantur et scri-  
bebantur, ut ea ratione cogitationibus et consilii omnibus in-  
teresset, cum legisset librum qui Stephani Iunii Bruti nomine  
vindicias habet contra tyrannos, et quis sub eo nomine late-  
ret auctor, audiisse cuperet scire : post delusas omnes ex-  
plorationes non putauit compendiosiore via peruenire posse  
ad eius rei, quam inquirebat notitiam, quam indicio nostri  
Goularthii, quem nihil latere credebat eorum, quae typis  
euulgabantur. Ad Goularthium mittit, qui ab eo rem edoce-  
rebat. Autographum auctoris viderat nosfer,  
et sciebat opus esse Huberti Langueti, viri a singulari pietate,  
doctrina, prudentia, celeberrimi. Crenii dissert. episto-  
lica de furibus librariis p. 37. Secunda eaque paucis  
animaduersa exhibetur in Heumannii nostri schedia-  
smate*

fmate de libris anonymis et pseudonymis pag. 188.  
*Addam*, inquit, *hunc rei confirmandae locum nondum, quod sciam, a quoquam obseruatum, qui habetur in epist. XXXVII.*  
*ad Camerarium filium, ubi ita scribit: noster liber per urbem obambulat, et conuiuatur, interea dum ille alter in carcere gemit. Dat veniam cornuis &c. Quibus ex verbis liquido adparet, Languetum de libro quodam paullo ante ab se in vulgus edito loqui, laetarique, se adhuc ab omni periculo esse immunem. Iam cum Languetus nullum alium librum,*  
*cuius si se profiteretur auctorem, periculis esset expositus, scripsit, et tamen loco iam prolato indicet, se paullo ante annum 1578. pericolosum libellum vulgasse, quis iam dubitet, ipsum ad vindicias istas respexisse, de quibus apud multos venit in suspicionem.* Addit Heumannus argumentum a stili similitudine, aliaque non sat nota, sed cognitione dignissima. De libro ipso sic iudicat Hertius tomo I. commentationum pag. 441. *is quicumque tandem sit, in vindiciis contra tyrannos videri quidem voluit Machiauelli principem impugnavisse, ut tam iniisi, credo, nominis praescriptione lectori fucum faceret, et regiae dominationis odium instillaret, reipsa hoc egit, vt auctoritatem regiam labefactaret penitus, et subrueret.*

## XIV.

Tertio subiicitur oculis Io. Boucherius, qui de iusta Henrici III. abdicatione e regno Francorum quatuor libros edidit Lugduni MDXCI. Mendax est, quae libris praefigitur, inscriptio: *Henricus enim tertius non prius regnum Francorum, quam vitam ipsam amisit, tota fere nobilitas Galliae, pleraque etiam*

B 2

ciui-

ciuitates Henrici III. auctoritatem atque imperium sequutae sunt, eique ut regi suo legitimo armis, opibus, consilio ad ultimum vitae halitum fideliter et constanter seruierunt. Hugo Grotius in appendice ad interpretationem locorum noui testamenti, quae de Antichristo agunt, p. 59. ita de hoc foetu monstrosis foeto dogmatibus scribit: *Boucherii liber flagitiousimus de abdicatione Henricii III. Galliarum regis non argumentis tantum, sed et verbis desumptus est non ex Mariano aut Santarello, sed ex Iunio Bruto (quis is sit sat scio, sed quia latere voluit, lateat) et ex viris doctis quidem, sed eius factionis.* Samuel Maresius lib. II. concordiae discordis et antichristi reuelati cap. II. §. 7. p. 51. *Homo, inquit, a nemine nostrum nec laudatus, nec adprobatus Boucherius ex malis pesima fecit, et in virus transmutavit.* Fuit vero Boucherius doctor Sorbonnicus, ligaeque notissimae pars non minima, de quo magnif. Buddeus in lexico sub Henrico III. et Io. Boucherio legi potest.

## XV.

Quarto G. Guilielmus Rossaeus pseudonymus de iusta reipubl. Christianae in reges impios et haereticos auctoritate, animaduersione, iustissimaque catholicorum ad Henricum Nauarreum quemcumque haereticum a Galliae regno repellendum confoederatione Antwerpiae MDXCII. 8. excusus. Henricus Ernstius variarum observationum lib. II. cap. 36. Io. Boucherio etiam tribuit dissentiente laudatisimo Struvio in bibl. phil. cap. VII. §. 27. Certiora sunt, quae Iustus Henningus Boehmerus, Ictus fama super aethera notus, in exquisitissima sua introductione in

in ius publicum vniuersale pag. 124. tradit : *In hunc, inquit, censum referri debet impius liber G. Guilielmi Rossaei de insta reipubl. Christianae in reges impios et haereticos auctoritate Antverpiae anno 1592. editus.* Verus auctor esse perhibetur Gilbertus Genebrardus vid. Londorp. tom. II. ad publ. p. 276. col. 2. et cum maxime reipublicae noceret hic liber, anno 1594. cum multis aliis decreto senatus regii Parisis publice a carnifice exustus est.

## XVI.

Quinto Franciscus Hottomannus seculi sui lumini-  
bus Duareno, et Cuiacio iungendus. Imperialis in  
museo hist. p. m. 51. Grauina in originibus iuris ciuilis p. 216. Latere interdum voluisse sub nomine Ma-  
tagonis de Matagonibus docet Augustinus Leyserus,  
Helmstadiensium ICtus ornatissimus, in dissertatio-  
ne elegantissima de variationibus et retractationibus  
ICtorum. p. 17. Copiosius nostri vitam exposuit Neu-  
cletus Doschius, quam Leickheri notis, elogiisque  
aliorum locupletatam praemisit Io. Francisci, et Io.  
Hottomanni patris et filii et clarorum virorum ad  
eos epistolis Io. Guil. Meelius. Vide den monatlichen  
Auszug im Monat Octobr. p. 673.

## XVII.

Sparsit vero infesta summis principibus dogmata  
in Francogallia sua, quae prodiit Francofurti  
MDCLXV. 8. cum adiuncta Antonii Matharelli re-  
sponsione auctori quandam opposita. Hermannus  
Dietericus Meibomius in dissertatione de Gallicae  
hist. periodis ac praecipuis scriptoribus, quam Io. Al-

B 3

berti

berti Fabricii isagoge in notitiam scriptorum historiae Gallicae exhibet pag. 18. huius mentionem faciens *Franco-Galliam*, inquit, *post Lanienam Parisensem e Gallia profugus scripsit, in quo docto alias libro hypothesi suae seruens in regum potestatem est iniquior.* Io. Henr. Boeclerus in dissertationibus politicis, quae institutionibus politicis adiunctae sunt, p. 408. adcurate de hac iudicat verbis sequentibus: *sunt inuenti, qui partim pulchritudine philosophiae, quam imberbunt de optima regni specie, partim ad terrendos bac velut Gorgone tyrannos, partim ad seruanda priuilegia caussae suae nimis seruerunt. In quibus omnibus propositis speciosus libertatis titulus et illecebra subest. Huc retulerit aliquis Hottomanni Franco-Galliam, et si qui sunt non multum dissimiles. Legi etiam\* potest de hoc libro, qui auctori tot odia conciliauit, epistola XXXVII. XX XVIII. XXXIX. et XL. in Francisci et lo. Hottomanni patris et filii et clarorum virorum ad eos epistolis. Placet Capelli iudicium in epistola XXXVIII. *cur nomen tuum adscripseris, non video: certe multi parum consulte factum a te iudicant. Periculum est in eos scribere, qui possunt proscribere.* Morisotus ab Hertio tom. I. opusc. pag. 441. citatus insolenti hoc libro Hottomanni celeberrimum nomen infamatum scripsit. Adde Bayle sub voce Holtmann num. E.*

\* Cl. H. de Francogallia legi etiam potest commen-  
tarious de statu relig. et reipubl. in Gallia Part. IV. fol. 115.  
seqq.

### XVIII.

Sexto Irenaeus Philaletha, auctor libri de motibus Scotiae, quem Iacobus Reuius examinis episcopatus  
Vede-

Vedeliani p. 14. ait esse Ludouicum Molinaeum. Vid.  
Io. Hulsemanni acutissimi theologi extensio breuiarii  
cap. XX. §. 21. Fuit vero Ludouicus Molinaeus, Pe-  
tri theologi celeberrimi filius, verum patre ingenio  
et iudicio inferior, iudice Morhofio polyhist. tom. III.  
lib. V. §. 26. Floruit circa medium proxime elapsi  
seculi, et in Academia Oxoniensi historias tradidit.  
Vide das compendiöse Gelehrten-Lexicon sub voce  
Moulin pag. 1403. Meminit eius subinde Vincentius  
Placcius in theatro anonymorum et pseudonymo-  
rum, et quidem inter anonymos num. DCCLXXX.  
et DCCCLVIII. inter pseudonymos autem num.  
MCCCCLXIV. vbi etiam docet, eum sub nomine  
Irenaei Philalethae commentarium rerum in Scotia  
gestarum edidisse.

## XIX.

Septimo Lambertus Danaeus, Aureliae natus, de  
quo Carolus Arndius in bibl. politico - heraldica pag.  
269. seqq. lectu digna dedit. De dogmate legi pot-  
est Grotius de iure belli et pacis lib. I. cap. IV. §. 6. in  
notis.

## XX.

Otauo Iean Petit, de quo bibliotheca noua Halen-  
sis in recensione celeb. Lenfantii historia concilii Con-  
stantiensis parte XXXII. pag. 106. seqq. ita scribit:  
Io. Petit, Rath Herzog Johannis von Burgundien/  
hat / als gedachter Herzog Ludwigen von Orleans  
ermorden lassen / so wohl schriftlich als mündlich be-  
hauptet / es stünde einem ieden frey / ohne Befahl / es  
sey auf was Art es wolle / einen Tyrannen aus dem  
Wege

Wege zu räumen. Sothane Lehre ist bereits zu Paris Anno 1408. den 8. Martii untersuchet / und nach des Parui Tod 1414. den 23. Februarii in einer gar berühmten Assemblée zu Paris, welche man Concilium fidei benahmset/ verdammet worden.

## XXI.

Nono Allinus, qui gymnasiam egit Rhemis in collegio seminarii , et, vt Ziegler. in dissertationibus circa regicidium Anglorum p. 69. ex Arnaldi oratione refert, ex professo librum de hoc argumento ( reges scilicet excommunicatos occidi oportere ) scripsit..

## XXII.

Decimo se fistunt Hugonotti, de quorum nomine Matthaeus Berneggerus in obseruationibus miscellis eruditissimis differit pag. 127. Patiniana pag. 114. Les Huguenots sont dangereux politiques , insolens ; et impitoyables , comme ils l' ont montré depuis peu en Angleterre , et autre fois en France durant les troubles de Louis de Bourbon Prince de Condé vers l'an 1562. Boeclerus in dissertationum politicarum decima sexta p. 408. de his ita : *quibusdam religionem incipientem et adolescentem inter homines diversa sentientes talibus schematibus munire consilium et ius fuit , Hugonottis in Gallia id saepe tribuitur.* Merito tamen viris grauibus religio fuerit religionem cum praeiudicio iuris regii , quod et ipsum pars est religionis (sive de quo recte sentire pars est religionis) tueri. Veritas enim adiumenta nonnisi ex veritate petit. Excusat (\*) Perrus Iurius dans l'examen d'un libelle contre la religion, contre l'etat , et contre la reuo-

reuolution d' Angleterre intitulé : avis important aux refugiez sur leur prochain retour en France, vide acta eruditor. Lat. MDCXCII. pag. 58. Ego etiam in Actis erudit. Latin. MDCCXI. mens. Ian. pag. 45. excusationem legi.

\* Cl. H.

### XXIII.

Relicta Gallia in Angliam tendemus , admodum diuitem Monarchomachorum exemplis. *Britannia*, inquit Boeclerus in museo pag. 37. *fanaticis hominibus plena, quibus neque lex, neque imperium, ac civilis ordo disciplinae in bonis, sed dissoluta impudensque licentia caput religionis est.* Adde Patiniana pag. 17.

### XXIV.

Inter scriptores primum locum occupet Ge. Buchananus orator et poeta disertissimus, de quo Io. Petr. Lotichius bibl. poet. part. IV. pag. 20. celeb. Clericus in bibl. selecta tom. VIII. celeb. v. Io. Chr. Wolffii carcer eruditorum museum voce Buchananus, Bibl. historica Hamburgenfis p. 27. euolui possunt.

### XXV.

Caussa, cur in hunc numerum referatur, est dialogus de iure regni apud Scotos, rerum Scoticarum historiae subiunctus. Zieglerus in exercitationibus circa regicidium Anglorum pag. 155. de illo iudicat, et excerptis propositionibus sententiam confirmat. *Editit, inquit, Ge. Buchananus de iure regni apud Scotos dialogum, in quo tantum abest, ut dignitatem et iura regia exornet, aut magnificat, ut potius regem suum, cui tamen totum librum*

C

librum dicatum voluit, etiam de praediolo, de luminibus, de stillicidiis, accusari, et aduersus eum iudicium dari posse contendat. Utque impias suas assertiones religionis quodam aut diuini iuris velamento palliare queat, in ipsam scripturam quam saepissime inuolat, plurimaque dicta nouis explicacionibus interpolata in sententiam suam trahit. Nos ex multis propositionibus, quas illuc frustra propugnat, sequentes tantum, quae ad praesens negotium facere videbantur, excerpimus, ut constet lectori, quam fruile et inepte de maiestate per totum illud opusculum loquatur; propositiones autem sunt tales: si rex vi coegerit populum sibi parere, populus quoque, ubi primum suis viribus cuperit onsidere, violentum illud imperium poterit excutere; cum a regibus et populis recepta iura pronuncient, et natura clamet, quidquid per vim fiat, simili vi solui posse. Populus, a quo nostri reges habent, quidquid iuris sibi vendicant, regibus est potentior. Quidquid iuris alicui populus dedit, idem ille iustis de causis potest reposcere. Populus est rege praestantior et maior. Rex ergo, cum ad populi iudicium vocatur, minor ad maiorem ius vocatur. Tyrannus non modo non iustum habet imperium in populum, sed etiam populi hostis est, et propterea bellum cum eo iustum est. Buddeus, in histor. iuris naturalis §. 52. ita de illo scribit: Georgium Buchananum poetam seculi sui facile principem, in dialogo de iure regni Scotiae populo prae regibus fauere constat. Ast facere aliter non poterat, qui totus ab illis pendebat, qui dielecta Maria Stuarta, Scotiae regina, rerum ad se trahere summam admitebantur. Io. Andreas Bosius, polyhistor Ienensis in aeternitate temporum, in fama rerum mansurus, de comparanda prudentia ciuili pag.

43. fuit, inquit, vir summa eloquentia et scribendi facultate incomparabilis, diligentia quoque et prudentia, tum et exquisito iudicio multis superior, sed quorundam sententia fide promercali, partiumque studio sic interdum abreptus, ut eius libri ab ordinibus Scotiae falsitatis damnarentur.

## XXVI.

Io. Knoxium iam praetereo, vide Baylium voce Knox. Sed Io. Miltonus praecipuus parricidalis doctrinae assertor. Hochstetter. coll. Pufendorff. Con. ferri de illo possint Acta eruditorum Latina anno MDCC. mense Augusto p. 372. Hic enim defensionem edidit pro populo Anglicano, postquam Carolum I. exemplo posteris detestando anno MDCXLIX. securi percusserant, qua de re Beumannus in hist. orbis terrarum Geographica et ciuili part. II. cap. 3. §. II. Petrus Ambrosius Lehmannus obs. histor. general. Geograph. anno MDCCIII. 30. Septembr. p. 233. Io. Hubner. quaest. Hist. tom. II. pag. 966. das curieuse Bücher- und Staats-Cabinet. XXI. Eingang. p. 82. et XXVIII. Eingang. pag. 1380. conferri possunt. \*\* Boeclerus in museo pag. 31. Miltoni, scribit, libellus proficere omnis memoriac immanissimo scriptus animos omnium nouitate rei et atrocitate conuertit. Excusare enim parricidium, cui nulla aetas vidit simile, quid excusare? vltro ut pulcerrimum facinus, Deique immortalis nutu et optimo iure patratum praedicare alterum et plusquam parricidium videbatur &c. Illustr. Hertii tom. I. opuscul. pag. 442. de Miltono et rege haec est sententia: *Omnium instar esse posse effrons ille Miltonus qui parricidium regis Angliae,*

C 2

non

458.  
p. 207

non excusare solum, sed et vltro vt pulcerrimum facinus Dei-  
que immortalis nutu et optimo iure patratum praedicare non  
erubuit (verba Boecleri sunt.) Non excusauerim quidem  
omnia Caroli regis acta, multo minus illud probauerim, quod  
in publicis orationibus et declarationibus fundamenti loco po-  
nebat: nulli præterquam Deo ad reddendas factorum ra-  
tiones se teneri, hoc omnes sapientes docuisse, hoc regium ius  
a Samuele descriptum ostendere. Sed dum Miltonus ad su-  
am causam diuina impie adducit, Aristotelis nomen peruerse-  
suis rationibus prætexit, denique de vitis regum tesseris lu-  
dit, ingenium foedis affectibus abunde prodit inquinatum.

\* Idem regicidium defendere conatus William Allen in  
libro, quem inscripsit, traité politique, que tuer vn ty-  
rans n'est pas vn meutre. Teste Struuio in bibl. phil. p.  
179. Patinus (\*) dicit Mr. de Marigni esse auctorem. Pa-  
tinus epist. 154.

(\*) Cl. H.

\*\* Hanc caudem Hoseae X. v. fin. præfigurari Cocceius  
voluit, quod ex programmate in uitatorio celeb. D. Io. Cy-  
priani ad actum Licensiaturae Theologicae MDCCII. d.  
24. Septembr. celeb. virr. Christ. Weisii, et Gottfr. Ernesti  
Mulleri, didici.

## XXVII.

Miltonum excipiat Io. Philippi Miltoni ex sorore ne-  
pos, qui haustas ex pestiferis Miltoni fontibus senten-  
tias proposuit in responione ad apologiam anonymi  
cuiusdam tenebrionis Londini MDCLII. 12. edita.  
Per tenebrionem illum intelligit Io. Bramhalum, An-  
gliae episcopum, cuius vitam non adeo pulcris pingit  
coloribus, vnde et hanc responzionem iniuriis potius,  
quam

quam argumentis refertam esse iudicat celeb. Stru-  
uius in bibl. phil. pag. 197.

## XXVIII.

Praeter hos anonymi duo hoc videntur referendi. Primus est auctor du triomphe et de la liberté ou l'irreuvocabilité du test, et d'autres loix fondamentales des etats, prouués par le droit diuin, par le droit naturel, par le droit de la nation, et par la mort tragique de Charle Stuart pere du Roi regnant a Londres MDLXXX VIII. In illustris Thomasii colloquiis menstr. P.II. p. 560. de hoc auctore sequentia propoununtur; Er vertheidiget deutlich die Hypotheses Monarchomachicas, und giebt den König vor einen offensabren Tyrannen aus. Er tractiret zwey Fragen darinnen: (1) Ob der König ohne Consens des Parlaments den Test und die Poenal-Gesetze abschaffen? (2) Obwohl zu prae sumiren sey / daß der König solches zu thun vermögend seyn werde? Bey der ersten Frage discouriret er erst von dem vielen Schaden / den die Verlezung redlichen Versprechens und Zusage in allen Republiken angerichtet; hernach erklärer er / worinnen der Test und Poenal-Gesetze beruhen / und was derselben Absehen sey / und will darnach erweisen / daß des Königes Vorhaben wider alle göttliche und weltliche Rechte / auch wider alle Fundamental-Gesetze des Königes sey / und daß vielmehr nach diesem Gesetze allen zugelassen wäre / dem Könige Widerstand zu thun / ihn abzusezen / und als einem Tyrannen das Leben zu nehmen ; welches letzte er aus

C 3

vielen

vielen Orten der heiligen Schrifft selbst darzuthun sich unterstehet. Bey der andern Frage schmähet er gar sehr auf des Königs Person und seine Qualitäten / wegen welcher er vor andern gerühmet wird. Secundus est auctor du Julian de l'apostat, ou de l'abrégué de sa vie , dans lequel on voit l' horreur , que les meilleurs chretiens d' entre ses sujets temoignent contre lui en paroles, en actions, et même dans leurs deuotions publiques avec vne comparaison du papisme, et du paganisme , et vne autre idée generale du papisme avec vn petit traité de l'antichrist traduit de l' Anglois. 1688. 12. In Thomasii coll. menstr. l. c. pag. 490. dicitur : Der Haupt- Zweck gienge dahin / daß der Auctor den König in Engelland mit dem Iuliano verglichen / und seine Unterthanen anmahnen wollen / daß sie mit ihm/ als die damahlichen Christen mit dem damahlichen Iuliano umzugehen wohl befugt wären.

### XXIX.

Robertus Person teste Reimanno introducit. in rem litterariam l. c. pag. 133. Godmannus docentibus actis eruditorum Lat. MDCCXI. pag. 45. Algernon Sidney vid. Lex erudit. compendios. voce Sidney, monar- chomachorum sectam etiam auxerunt..

### XXX.

Gisbertum Cockium pastorem Cockengensem recentem monarchomachum appellat obseruator Halensis loco citato. σ πέριοδος Schurtzfleischius eum magistrum ex vulgari schola appellat, cuius conatus plus ex au-

audacia habeant, quam ex successu, vix ieuniter eruditum, cui cupido famae, magnum in tenui eruditione malum, calcar addiderit; coquere Cockium et re-coquere, et tamen parum a cruditate abesse quae adponit. Vide acta Sarcastiana, et, quae Theodorus Crusius doctissime adnotauit, pag. 48.

## XXXI.

Recentior est Io. Tolandus Hibernus, qui adhuc scripta edidit tam Socinianis quam monarchomachis amica. Acta eruditor. Lat. MDCC. mens. Aug. p. 372.

## XXXII.

Malum hoc non intra Galliae Angliaeque fines mansit, sed ad alias etiam regiones transiit. Immanuel Weberus, prof. Gieffensium celebratissimus, in dissertatione de regnis sub lege commissoria delatis cap. III. §. VII. *Belgium, adfirmat, plures alere qui falsum et periculosum in liberiore statu licentiosus sentientium politicorum principium defendant: semper illam clausulam naturaliter imperium comitari, quae subditis rege imperio abutente facultatem concedat, expediendae propriae salutis caussa denegandi obsequium ipsis debitum, eumque imperio exuendi.*

## XXXIII.

Martinus Becanus ex hac gente primo loco nominandus. Zieglerus in exercitationibus circa regicidum Anglorum pag. 179. Martinus Becanus, inquit, theol. scholasticae part. II. tom. post. tr. 1. c. 15. qu. 4. cum proposuisset questionem an haeretici priuentur dominio, et iurisdictione temporali, et videret communem suorum sententiam infirmo

ad-

admodum niti fundamento, constet non priuari illos, si solum spectetur ius naturale aut diuinum, argumentis adductis satis grauibus, priuari autem tantum ecclesiastico iure, quam priuolum autem et dilutum hoc sit, nemo non videt.

## XXXIV.

Boxhornium bene dicendi magistrum Lugdunensem, de quo Arndii bibl. politica pag. 247. agit, in nostra etiam haeresi esse Franckensteinius in praef. Polit. docet, vnde repetiit Iacob. Thomasius in adnotationibus ad tab. XXII. phil. pract. pag. 44. Ge. Paschius de inuentis nou-antiquis cap. IV. §. 7. p. 187. Io. Henr. Feustking in sched. de Ahitoph. Machiauell. §. 18. alii.

## XXXV.

Guilielmus van der Meulen in dissertatione supra laudata Weberi huius etiam haereseos arguitur, de quo plura in medium proferre alio fortassis licebit tempore. Struuii bibl. phil. cap. VII. §. 27.

## XXXVI.

In Germania tempore obſidionis Magdeburgensis, et, quod hanc praecessit, belli Smalcaldici feueriores quosdam theologos ad hanc ſectam inclinatores fuisse, librumque de iure magistratum Magdeburgensi- bus adscribi, docet obſeruatio Halensis.

## XXXVII.

Apertius magistratum omnem impugnarunt Thuringiaci et Monasterienses anabaptistae, de quibus Buddeus in commentatione Academica de concordia religionis Christianae statusque ciuilis cap. VI. p. 214.

214. ita disputat: *Anabaptistae vel maxime hoc nomine male audiunt, quod dogmata rerum publicarum saluti ac tranquillitati aduersa foueant.* Quod quidem eo facilius nonnulli sibi persuadent, cum secum expendunt seditiones atque tumultus, quibus nonnulli hinc sacris addicti, occasionem suppeditarunt. At vero neutquam nobis committendum est, ut innocentes pariter cum nocentibus damnemus, omnesque uno eodemque habeamus loco. Namque a Munzeri, atque Ioannis Leidenensis sectatoribus, quorum ille in Thuringia, hic Monasterii, intestini belli auctor extitit, reliqui omnino discernendi sunt, quippe quorum mores a moribus illorum plane abhorrent, et qui diserte etiam profitentur, nunquam sibi hinc probatos fuisse ausus. Sane pro Munzerianis ipsis atque Monasteriensibus aut excusandis, aut defendendis, quid dici possit non inuenio, ideo aperte suis facinoribus a prauis cupiditatibus suis se circumagi in omne nefas, prodiderunt. Nec ipsa illorum molimina hic recensere necesse est, quippe quod iam alii quam diligentissime, licet non omnes aequre circumspete, aut sincere, praestiterunt; ut auctor libri: Successio Anabaptistica, Belgica lingua scripti, Georgius Cassander (ob modestiam et sinceritatem ipsis Anabaptistis laudatus) de origine sectae Anabaptisticae, Ioannes Gasparius Brisacensis, de Anabaptismi Exordio, hisloriis abominandis etc. Nicolaus Gerbelius, Phorzensis, iureconsultus, de Anabaptistarum ortu et progressu, Lambertus Hortensus, de tumultu Anabaptistarum, Ioannes Moded, de initiiis sectae Anabaptisticae, et, qui omnes fere superat, Io. Henricus Ottius in Annalibus Anabaptisticis, sive historia universalis de Anabaptistarum origine, progressu, factionibus: porro Petrus Gnodalius a Simone Scharadio editus Tom. II. scriptorum rerum Germanicarum, item-

D

que



que Petrus Crinitus et Hubertus Thomas Leodius apud Freherum tom. III. quibus denique addi potest Fridericus Spanheimius in diatribe historica, de origine, progressu, et sectis Anabaptistarum et anonymus qui lingua Gallica hist. anabapt. edit., quae Parisis anno MDCCXCV. prodiit, ut nunc alias in numeros fere taceamus.

## XXXVIII.

De Paullo Felgenhauero Reimannus introd. in rem litt. pag. 132. 133. Paulus Felgenhauer, der aus Putzschwitz in Böhmen hürtig/ will gar keine Regenten leiden/ hat ein Buch geschrieben unter dem Titul: Monarchen-Spiegel/ 1633. 12. nur Heyden und Thiere/ nicht aber wiedergebohrne Christen/ hätten eines äusserlichen Regiments vonnöthen. Reimann. introd. tom. V. pag. 132. 133.

## XXXIX.

David Pareus Franckensteinii in Silesia superiore natus commentario in epistolam Paulli Monarchomachis etiam fauisse censetur. Baelius in Lexico sub hac voce: *Il publia divers commentaires sur l'ecriture, et entre autres un sur l'epitre de St. Paul aux Romains, qui fut extremement desaprouné en Angleterre, a cause qu'il contient des maximes un peu antimonarchiques.* In notis autem addit Baelius: *le roy Iaques le fit bruler par la main du bourreau: l'université d'Oxford le condamna de la manière plus flettrissante.* Hugo Grotius de iure belli et pacis illius tangit vlcera lib. I. cap. 4. §. 6. *Inuenti sunt, inquit, nostro seculo viri (\*) eruditii quidem illi, sed temporibus et locis nimium seruientes, qui sibi primum (ita enim credo) deinde aliis persuaderent, ea quae iam dicta sunt* (nem-

(nempe de bello in superiores) locum habere in priuatis; non etiam in magistratibus inferioribus, quibus ius esse putant resistendi iniuriis eius, cuius summum est imperium; immo et peccare eos, ni id faciant, quae opinio admittenda non est. Nam sicut in dialecticis species intermedia, si genus respicias, est species; si speciem infra positam, genus: ita magistratus illi, inferiorum quidem ratione habita, sunt publicae personae, at superiores si considerentur, priuati sunt. Nam omnis facultas gubernandi, quae est in magistratibus, summae potestati ita subiicitur, ut, quidquid contra voluntatem summi imperantis faciant, id defectum sit ea facultate, ac proinde pro actu priuato habendum. Locum hic quoque habet, quod dicunt philosophi, ordinem non dari nisi cum relatione ad aliquid primum. Vel them. metaphys. axiomat. pag. 69.

\* (In notis Grotii secundo loco comparet David noster.)

## XL.

Io. Althusius, syndicus Embdanus, et Philippus Hoenonius ICtus Herbornensis teste Io. Textore in chronico Nassauensi cap. II. §. 21. a quibusdam acerbius tractantur, a quibusdam moderatius. Conringius in dissert. politica de ciuili philosophia eiusque optimis ac praecipuis scriptoribus §. 30. acerbior in illos est his verbis: *Althusii, inquit, et Hoenonii pernicio-  
sa dogmata, seditione plebis tumultus aletia a doctis viris  
iamdudum sunt prosligata.* Hi scilicet fundamentum do-  
ctrinae suae collocant in eo, quod summa reipubl. cuiusvis  
consistat penes solum populum, quod tamen falsissimum, et  
certissimum ciuitatibus plerisque solet adferre interitum. De

D 2

Alt-

Althusio speciatim Boeclerus in instit. polit. lib. II. c. I.  
 pag. 104. Plus, inquit, nocuit Althusii politica, quae ista  
 commenta et portenta opinionum auctoritate artis donauit,  
 ut mirandum prorsus et dolendum sit, illud opus iuuentuti  
 commendari in villa Academia Augustanam Academiam pro-  
 ficiente, cui proprium esse debet, hanc philosophiam incorru-  
 ptam seruari. Addatur Baelius in Lexico critico voce  
 Althusius. Buddeus in hist. iuris nat. §. LII. pro dote  
 diuinitus concessa moderatius de illis iudicat: *Io. Al-  
 thusius*, inquit, *an peculiares*, quae in hanc cum induixerint  
 sententiam, habuerit rationes, nescio: hoc scio, acris nimis  
 de eo censuisse Hermannum Conringium, quod pestilenti velu-  
 ti sidere adflatus eo impudentiae progressus sit, ut ipsa illa se-  
 ditiosorum hominum deliramenta informam artis redigere,  
 et scripturae sacrae testimoniis incrufare non erubuerit. Ego  
 Althusium non defendam: hoc tamen fateor, multa vere et  
 cordate ab illo dicta, quae hodie forte assentatoribus princi-  
 pum, ut plerique sunt, qui se politicos iactitant, maxime in  
 Academiis, dura nimis et aspera videntur. Nec dubito, quin  
 multa monarchomachorum effata commodam admittant in-  
 terpretationem, et ideo saltem displiceant, quod aperte nimis  
 veritatem prodant. Aequitati ubique studendum, praeser-  
 tim in scriptis eruditorum censendis: ast mirifice ab ea alieni  
 sunt, qui adfectibus praepediti ad haec sacra accedunt.  
*Quae dicta ab his contra sanctitatem principum sunt, merito  
 reiicienda: sed an dicta sint, diligenter prius dispiciendum.*  
 Iuxta hanc regulam de reliquis etiam pronunciandum, qui  
 in huius criminis suspicionem veniunt, uti Philippus Hoenonius  
 in disputationibus politicis, Guilielmus Rossaeus etc.  
 Hoenonium etiam excusat Reimannus l. c. p. 135.

XLI.

## XL.I.

Althusio iungitur Rheinh. Koenig et Io. Limnaeus, de quibus Wernher in dissertat. de statu summorum imperantium exlege §. IX. ita scribit : *Haec pessima et in perniciem regum ruinamque ciuitatum nata sententia omni equidem aeuo suos inuenit patronos suosque propugnatores, quos inter numerandi sunt Althus. polit. cap. IX. Rheinh. Koenig. part. I. theor. polit. cap. XXIII. Limnaeus capitul. Rudolph. II. art. 32. cuius argumenta examinat, solideque confutat Hennigs in Grot. lib. I. cap. III. §. 6.*

## XL.II.

Io. Frider. Gronouius, quem Hamburgum edidit, Belgium fouit, notis suis in Grotium meruit in classe nostrorum locum. Langlet du Frenoy in catal. hist. method. hist. subiecto p. 27. edit. exc. Menckenii de notis his ita indicat : *il y en a quelques vnes de Mr. Gronouius iniurieuses a l' autorité des Rois.*

## XL.III.

Itala tellus nunc adeunda. Haec vero quot papas aluit monarchis infestos ? Ziegler. in exercit. circa regicidium Anglorum. p. 68. *quam faciles sint pontifices Romani in hoc negotio, ut regibus diademata auferant, non tantum ex ipsis Hildebrandi sive Gregorii VII. canonibus, quos dictatus adpellavit, sed etiam exemplis bene multis liquet, quae si quis collecta velit, adeat Dauenant. Episcop. Sarisbur. quaest. 30. p. 139. Io. Azorium, Iesuit. instit. moral. IX. cap. 8. et lib. II. cap. 5. Arnisaeum de republ. p. 590. 592. Nic. Bellum discurs polit. 2. Theodorum Reinkingk lib. I. class. 2. c. 8. n. 20. 21. aliasque plures. add. Monzambano seu Pufendorff. de statu imperii Germanici. c. III. §. 8.*

## XL.IV.

## XLIV.

Bellarmini liber de ecclesiae potestate cum Fr. Suarezii libro eiusdem argumenti Parisiis synodo Cardinale Perronio praesidente habita damnabatur, quod regio iuri derogare maxime crederetur. Celeb. Adami Rechenbergii lib. mem. prael. hist. p. 362.

## XLV.

Petrus Martyr Florentinus, qui teste Sleidano de statu religionis et reipubl. lib. XIX. p. m. 506. Argentorati per annos quinque magna cum laude docuit, deinceps Oxoniae sacras litteras interpretatus est, peruersae quoque huius doctrinae accusatur a Grotio lib. I. de iure belli et pacis cap. IV. §. 6. in notis.

## XLVI.

Claudius Seyfelli episcopus Massiliensis, (vid. celeb. Fabricii bibl. Graec. lib. II. cap. 25. p. 878.) sed patria Italus, ab illustr. Thomasio in phil. aulica cap. I. §. 82. monarchomachorum sectae quoque adiungitur.

## XLVII.

Numerum claudat Marta auctor libri de iurisdictione, de quo in Casaubonianis celeb. Wolffii pag. 8. haec habentur : *legi per occasionem D. Marthae librum de iurisdictione, multaque in eo obseruaui principibus infesta.* Fuit vero Martha hic teste Toppio in bibliotheca Neapolit. pag. 182. aduocatus Romae et doctor celebris.

## XLVIII.

Hispania laudat Marianam sium, cuius vitam historiae rerum Hispanicarum praemisit Charentonius. Vide das Neueste von politischen und gelehrten Sachen.

chen. p. 169. Ast nullam merentur laudem monarchachicae theses, quas Buddeus de concordia relig. et stat. ciuil. cap. IV. §. 3. p. 124. verbis proponit sequentibus: *ita Io. Mariana Iesuita Toletanus in libro de institutione principum suam bac de resenteniam edidisse rit, ut hoc diserte adfirmet, immo in magna ab omnim memoria laude fuisse contendat, quicumque tyrannos opprimere adgressi sunt, si quaeras a quibus demum eiusmodi princeps, quem nonnulli pro tyranno habent, interfici possit? et populo uniuerso, et singulis etiam hanc concedit potestatem.* Quicunque princeps, inquit lib. I. c. VI. communis se boni, hoc est religionis et patriae hostem praebuerit, talisque a republica indicatus fuerit, auctoritate et publica et priuata e medio tolli potest: item si nulla sanitatis spes, bellum necessario concitatatur, et princeps publicus hostis declaratus ferro perimetur. Eademque facutas esto cuicunque privato, qui in conatum rempublicam inuidendi ingredi voluerit. Vult equidem si fieri possit, ut consensus populi aut tacitus aut expressus accedat, nec tamen, si non accedat, pulcherrimum eiusmodi facinus intermitendum censem: Sufficere si viros eruditos et graues b. e. Iesuitas consulat: nisi publica vox, inquit, populi adsit, viri erudi et graues in consilium adhibeantur, quos verosimile est minime perturbato animo de tota re iudicatueros. Immo, iis etiam inconsulis caudem maturandam esse, si occasio resque ita postulet. Neque putamus, inquit, fore aliquem, qui certus perimendi oblatam eius caedis occasionem negligens theologorum id arbitrio permittat. Si porro de modo quaeras in promptu est responsio Mariana: quid interest, inquit, ferro aut veneno perimas, cum concessa sit ferro et fraude agendi facultas: immo venenum praefert, quod minori hoc ipso periculo parri-

parricida exponatur: veneno, inquit, si perimas, fit id minore periculo, maiore spe impunitatis.

## XLIX.

Ferdinandi Vasquii summo nati inter Hispanos loco, cuius vitam exponit Nicolaus Antonius bibliothecae Hispanicae parte i. pag. 299. seq. Io. Henricus Boeclerus commentario in Grotium lib. I. cap. III. pag. 234. hoc fundamentum, et quasi regulam elementarem esse ex controuersi. illustr. lib. II. cap. 10. docet: *Omnes omnino principatus, regna, imperia, potestatus legitimos, ob publicam ipsorum ciuium utilitatem, non etiam ob regentium commoda, inuentos, creatos, admissosque fuisse.* Addit: *Hoc tam crude arreptum quales definitiones pepererit, animaduertas facile.* Connexa enim sunt violentia illa et importuna: *omne imperium herile, immo omne imperium, ubi imperantis utilitas quaeritur, esse tyrannicum: omnes reges nihil aliud esse, quam magistratus, quod Althusio inter solempnia carmina placet.*

## L.

Hungaria, Polonia, monarchomachos utinam nescirent! Utinam regiones omnes expertes essent calamitatum, quas monarchomachiae informe monstrum peperit! Sed proh dolor, non ianua, verum pseudothyro intromissum tale robur na&gt;sum, expelli nullis ut furcis possit. Scriptores diligent et ad fidua sciscitatione cognosci si potuissent, in adspectum lucemque prodiissent, sed non licuit mihi esse tam felici. Interea saepe dies aliquid docet, quod non putasse.

## LI.

## LI.

Sueciam monarchomachos in finu aluisse, docent les anecdotes ou l' histoire secrete des changemens arriuez dans la Suede sous le regne de Charles XI. p. 10. verbis sequentibus: la religion Romaine contribua beaucoup a ce changement. Car premierement l' archevêque et les autres évêques s' attribuoint vne si grande autorité dans les affaires publiques, que non seulement ils occupoint la premiere place dans le senat, mais qu' ils s' opposoient aux Rois avec vne extreme hardiesse, parce qu' ils etoient apuiez, par tout le clerge et le peuple, auquel ils auoient fait accroire, se preualans de l' ignorance, qui regnoit en ce tems là, qu' ils auoient en leurs mains les clefs du ciel et de l' enfer.

## LII.

Stimuli, quibus acti monarchomachi, fere hi fuerunt: I. veneratio prodigiosae dominationis pontificis Romani, II. odium tyrannidis, III. odium regni potius quam tyrannidis, IV. pulcritudo philosophiae de optima regni specie, V. religio inter homines diuersa sentientes, VI. securitas scribendi, VII. calor disputandi aduersus fautores et adulatores tyrannorum, VIII. fauor democratiae, IX. Machiaueillistarum flagitia, de quibus Boeclerus dissert. politica decima sexta.

Templius dans le mecontentement populaire,  
obseruatio Halensis laudata plura ad-  
ferunt.

E

SECT.

## SECT. II.

## DE ANTIMONARCHOMACHIS.

## I.

**M**onarchomachis se opposuerunt omnes praeceptis et institutis sanioris politicae instructi, speciatim vero qui fecerint, operaे pretium est recensere.

## II.

In fronte stet Iacobus magnae Britanniae rex, quem nimium in litteris, nimium in libris contra regalem dignitatem fuisse opinatur Gaudentius praelect. in Tacitum. p. m. 94. Strinxisse contra monarchomachos calamus, et extare hanc in rem eius opera docet Boeclerus dissert. polit. XVI. p. 407. Respexit fortassis ad tractatum de iure liberae monarchiae siue de mutuis regis liberi et populi nascendi conditione illi subditi officiis.

## III.

Miltonum adgressus Claudius Salmasius scripta defensione regia pro Carolo I. ad Serenissimum magnae Britanniae regem Carolum II. filium natu maiorem, heredem et successorem legitimum anno CIC 1652. Iudicauit quidam Miltonum pessimam caussam bene, Salmasium optimam caussam pesime egisse teste Boeclero in museo p. 32. ill. Struuius in bibl. phil. c. VII. §. 27. pag. 178. Certe, inquit, superior erditione erat Salmasius Miltono non aeque iudicio pragmatico. Ad normam reipubl. Romanae atque ex scriptoribus antiquis Angliae statum deducit, quod in ipso Miltonus atque alii reprehendunt.

dunt. Mirandum quod tantus vir in scriptis contra Miltonum grammaticorum violarit regulas. Thomas Crenius part. II. animaduersionum p. 90. *Nactus sum, inquit, non ita pridem defensionis regiae Salmasii codicem, cuius marginibus manu sua vir litteratus quidam et celebris ea adleuerat, quae putaret in silo Salmasiano minus recte se habere.* Sed parcus ista tanto viro obiicere debuisset Miltonus, ipse σόλως et barbarus. Morhof. tom. I. polyhist. lib. I. cap. 24. §. 81.

## IV.

Miltonum quoque impugnauit Petrus Molinaeus junior, praebendarius Cantuariensis, libro talem ferente titulum : *clamor regii sanguinis ad coelum*, quem Alexander Morus, concionator Gallicus prelo mandauit, inde auctor libri creditus. Acta erudit. Lat. MDCC. pag. 377.

## V.

Carolus I. Britanniae Rex a securi et Miltoni calamo vindicatus Dublini MDCCII. 12. Io. Brammali apologia pro rege et populo Anglicano contra Io. Miltonum, Ziegleri dissertationes circa regicidium Anglicanum, Iacobi Schalleri dissertatio ad quaedam loca Miltoni, Guilielmi Vrsini de Riuo vindiciae pro capite regis Angliae contra rebelles parricidas, ad eundem scopum tendunt. Struuius cap. VII. bibl. phil. §. XXVII.

## VI.

Languetum refellunt anonymi defenses de la monarchie Francoise contre le liure de Iunius Brutus. Struuius l. c. pag. 178. nec non Matharellus, de quo supra.

E 2

VII.

## VII.

Ab his confutarunt monarchomachorum opinione Albericus Gentilis eruditus ille Italus, cuius diligentia se adiutum profitetur Grotius prolegom. §. 38. in libro de vi ciuium in regem semper iniusta, quem laudat I. A. Bosius introducit. in notitiam rerum publ. orbis vniuersi pag. 22. Henricus Arnisaeus, prof. Helmstadiensis libro de auctoritate principum in populum semper iniuiolabili, quem laudat Conringius de prud. ciuil. c. XIV. Guilielmus Barclaius, iudice Grotio lib. I. I. B. et P. cap. IV. §. 7. num. 4. regii imperii fortissimus adseritor, libris VI. de regno et regali potestate aduersus monarchomachos; Io. Barclaius, cuius pietas siue publicae pro regibus ac principibus et priuatae pro Guilielmo Barclaio parente vindiciae aduersus Roberti Bellarmini tractatum de potestate summi pontificis in rebus temporalibus Parisis 4. prodire; Samuel Bochartus epistola ad Moreyum geographiae sacrae adnexa.

## VIII.

Vltimum occupet locum scriptum salis plenum, cui titulus: *ficta Iuditha, et falsa ex ea sumta doctrina, licere hostem quemcumque omni in loco sub praetextu amicitiae et simulationis, religionis, et rationis statim interficere, proposita et refutata per Mirabilem de bona Cosa contra celestissimos monarchomachos.* Teste Placcio in pseudonymorum catalogo p. 166. Eberhardus a Weihe, cancellarius olim Brunsvicensis et Luneburgensis, qui se etiam Wahremundum ab Ehrenberg, et Durum de Pasculo nominauit, proteus politicus inde dictus, auctor esse dicitur. Est que iasstitutum scriptoris huius, probare contra regicidii defensores, qui Iudithae exemplo sclera defendunt sua, et apocryphum esse librum, et minus probandum Iudithae factum, Ge. Paschius de variis modis moralia tradendi c.

III. §. 35. Bailius voce Iudith not. † in margine.





Fc 2637  
S  
1078



B.I.G.

Black

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
0	
Inches	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
Centimetres	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
20	

Farbkarte #13

Yellow

Green

Cyan

Blue

Red

Magenta

White


3/Color

Black

IO. HENRICI ACKERI  
COMMENTATIO

DE  
MONARCHO  
MACHIS  
ET  
ANTIMONARCHO  
MACHIS.

D. III.



RUDOLSTADII  
IN OFFICINA GOLLNERIANA.  
MDCCXVI.

Fc 2637

